



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt poenitentes secundum canones, nisi peracta poenitentia communicare
non debeant. Ixiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

iam non laborat. Permittit tamen dominus laborare eos suos, vt remeorentur tribulationum laboris, vnde semetipfos custodiant, timentes ne tantos labores amittant. Nam & filios Israël ideo Deus per desertum quadraginta annis circuduxit, vt rememoratis tribulationibus non redirent retrorsum.

Vt nullus episcopus seu presbyter alterius pœnitentem sine literis sui episcopi suscipiat. Cap. LXII.

Ex epist. Felici pape, ca. 2. **C**urandum verò maximè & omni cautela prævidendum, ne quis fratrum coepiscoporumque nostrorum, aut etiam presbyterorum in alterius ciuitate vel diocesi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio, & literis, ad cuius pertinet parochiam suscipiat.

Vt pœnitentes secundum canones nisi per acta pœnitentiam communicare non debeant. Cap. LXIII.

Ex decre. Py pape, cap. 2. **P**œnitentes non debent communicare ante confirmationem pœnitentiæ.

Quòd pro ethnico & publicano sit habendus, qui pro peccato commisso pœnitere noluerit.

Caput LXIIII.

Ex dictis August. **E**rga eum qui pro peccato commisso non pœnitentem esse debemus, sicut dominus præcepit dicens: *Sicut tibi sicut ethnicus & publicanus, & sicut Apostol. iubet. Subtrahite, inquit, vos ab omni fratre inordinate ambulante, secundum traditionem quam tradidi vobis.*

Quòd à licitis se abstinere debeat, qui illicita se commississe meminerit. Cap. LXV.

Ex dictis Gregor. pape. **Q**ui se illicita meminit commississe, à licitis etiam studeat abstinere: quatenus per hoc conditori suo satisfaciatur, vt qui commisit prohibita, sibi in eis abscindere debeat etiam concessa.

Vt nullus post pœnitentiæ actionem ad militiam secularem redire debeat. Cap. LXVI.

Ex epist. Leonis pape, ca. 25. **C**ontrariū est omnino ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem redire ad militiam secularem. Cuius Apostol. dicat: *Nemo militans Deo, implicat se secularibus*